



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Historia Scholastica Magistri Petri comestoris sacre
scripture seriem breuem nimis [et] obscuram elucidans**

Petrus <Comestor>

Argentine, 1503

VD16 P 1829

De transitu iordanis. ca. iij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30892

ram hanc ex his q̄ audimus pro vobis facta a dño. Jurate ergo mihi p̄ dñm, vt quō ego feci vobis misericordiā: sic et vos faciatis meū et cū vn̄uersa domo patris mei: vt saluetis aias nostras et vn̄uersa q̄ possidemus. Et illi iurauerūt. Tūc dimisit eos mulier p̄ funē coccineū de fenestra domus q̄ habebat muro: et ait eis. Latitate in montanis tribus diebus donec redeant q̄ vos persequuntur. Qui dixerūt ei. Nō tenebimur iuramento si nō collegeris cū capiet civitas oēm domū tuā tecū: et ligaueris funē hūc in fenestra: vt h̄ signo domū tuā cognoscam. Quicumq̄ ostiū domus tue egressus fuerit: sanguis ipsius erit in caput eius: et nos crim̄ alieni. Itaq̄ post tres dies rediit exploratores ad iosue: narrātes oīa q̄ sibi acciderāt Josue vero et eleazar et maiores populi ratum habuerunt iuramentū eorum.

De transitu iordanis.

Capitulum. III.

Diebus tribus evolūtis dixit iosue ad populū. Sanctificamini: cras enī faciet dñs inter vos mirabilia. Diluculo vero dixit ad sacerdotes. Tollite arcam: et p̄cedite populū spacio cubitoꝝ duoz milium vt videri possit ab vn̄uersis. Cumq̄ intraueritis partē iordanis: siccabit instar pauimentū. Cumq̄ p̄cederēt sacerdotes cū arca: sequebat vn̄uer. a multitudo paruulū et mulierū in medio collocatis. p̄cedebatq̄ ruben et gad. et dimidia tribus manasse fm̄ q̄ pmiserāt moysi. Et erāt et milia armatoꝝ. In paralipomenon legitur tñ. l. in q̄ multa vicio scriptoꝝ deprauata sūt. Accedētes autē ad iordanē: reppererūt eū immeabilē. Plus enī solito tempore triticee messis excreuerat. tum pro solutiōe nitium facta in montibz. tum p̄pter imbrem serotinum nouiter datum. Cumq̄ intrassent sacerdotes aquā: steterunt aque ascendētes: et instar montis intumescētes apparebant. p̄cul ab vrbe que vocat adon: vsq̄ ad locum qui dicit sarthan. Inferiores vero aque descendērūt in mare mortuū vbi quinq̄ ciuitates summerse sunt sodoma et alie. Sacerdotes autē stabāt in medio fluminis cum arca donec vn̄uersus populus per arentē aluuiū p̄transiret. Tunc elegit iosue duodecim viros: singulos de singulis tribubz qui tu-

lerunt de loco vbi steterant sacerdotes duos decim lapides iuxta numerū filioꝝ israel in sicco. De sicco vero retulerūt in aluuiū. alios duodecim in acruū memoriale translatos eoz. et sunt ibi vsq̄ in hodiernū diem. Ad quos iohannes credidit demonstratiōes fecisse cum dixit. Potens est dñs de lapidibus istis suscitare filios abrae. Tamē super mattheū legit. ad illos quos iosue trāsserit de iordane fecit. Cumq̄ transisset popul⁹ et arca post eos: reuerse sunt aque in aluuiū suū. ascenditq̄ popul⁹ de iordane primo mense: decima die p̄mi mensis: tollētēq̄ secū duos decim lapides fluminis castrametati sūt in galgalis p̄ stadia decē ab hiericho ad orientem. q̄nquaginta vero stadijs a iordane. Josue autē p̄struxit altare dño de lapidibz q̄s tulerāt de iordane: et sup̄ illud postea sacrificauit deo. Et nota q̄ sic legit i chronis eusebij fm̄ hebreos. ille annus erat iubileus. et erat quinquagesimus primus inter iubileos: q̄si fluxissent ab initio mundi anni duomilia. d. l. singulis iubileis per q̄nquagenos annos deputatis. Scdm̄. lxx. vero longe plures anni fluxerant ab initio mundi. Beda q̄z in chronis suis ponens numerum annoz fm̄ hebraicā veritatem: probat de predicta summa annoz septē annos defuisse. als defluxisse.

De circuncisione in galgalis.

Capitulum. IIII.

De tempore et

e p̄cepto dñi circūcidit iosue populū scdo cultus lapideis: tñ hebreus habet nonaculis acutis. Nec intelligendū est q̄ idem hō itez. circūcidere. sed paruuli qui nati fuerant in deserto per quadraginta annos incircūcisi erant. alij ex mandato domini. alij p̄o ex negligentia parentum. alij p̄o ex eozūde cautela: ne forte morerentur progredi: et sic periditarentur paruuli. Facta autem circuncisione dixit domin⁹ ad iosue. Hodie abstuli a vobis opprobriū egypti. id ē preputiū. quod apud hebreos erat opprobriū immūdicie gentium. Ob hoc vocatum est nomē loci illius collis p̄putioꝝ vel galgala. id est reuelatio q̄si sacrificatio. fm̄ illd. Facta ē

Nota q̄ galgal quādoq̄ ponitur indeclī